Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

se adloquendū ꝑparat. subq̃nto caute le studio loq̃tur ad tendat. ne si mordinate

ipsa quicquid bona opera sacerdotis clament. Sed cum rector ad loquendum raptur: erroris uulnere auditorum corda feriantur. & cum fortasse sapiens uideri desiderat uanitatis colore illectus. de sensu suo quasi antra inaudita. multa & superflua. sufficientis expositionis spuiactantiae inter misceat.

Hinc namq; ueritas dicit. Habete sal in uobis. & pacem inter uos. Per sal quippe sapientia uerbi designatur. Qui igitur sapienter nititur loqui. magnopere metuat ne eius eloquio auditorum simplicitas confundatur. Hinc paulus ait. Non plus sapere quam oportet sapere. sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis ueste uarta diuinam uocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica nisi fidei unitas designatur. Hā sicut in malo punico. uno ex teriuis cortice multa interius grana munuuntur. sicut in numeros sanctae ecclesiae populos unitas fidei contingit. quos in tus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incaute ad loquendum proruat. hoc quod iam premisimus per semetipsam discipulis uerbis dicit. Habete sal in uobis. & cetera. Ac si figurate per habitum sacerdotis dicat. Mala punica tintinnabulis iungite. ut per omne quod dicitis unitatem fidei cauta obseruatione teneatis.

De xii. lapidibus.

Rationale iudicii habeat pectoris habitum. Erat enim quadrangulum. & duplex ut lapidum pondus ferre potuisset. & habet mensuram palmi. tam in longitudine. quam latitudine. ex eiusdem coloribus constans. ex quibus & super humerale opere polymito idest multifario. Audiamus quod quidem iubeat de xii. lapidibus in rationali positis. ponesque in eo iiii. ordines lapidum. In primo uersu erit lapis. Sardius. Topazius. Smaragdus. Sardius terre similitudinem rubeo habet. Cuius natura uilis est. sed preclarum misterium. Tunc sardium in mente portatis. sunt dona celestia quae p. tripitis

xviii.